

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Superbia ax  
cum uariis

Cetera uicia solas illas uirtutes impetunt quibus ipsa destruuntur, ut luxuria pudiciam, ira pacienciam; sola uero superbia contra cunctas animi uirtutes se erigit, et quasi generalis ac pestifer morbus omnes corrumpit. Signa autem superbie hec sunt: clamor in locucione, amaritudo in silencio, dissolucio in hylaritate, furor in tristicia, honestas in ymagine, inhonestas in actione, rancor in reprehensione.

Hugo ibidem libro II.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Superbia ax] Superbia au P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; animi] cum (*cor. in marg. ab alia manu*) M; ac] et P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>